

Decōceptu virginali

in illa sicut et in multis sanctorū spiritua-
liter habitat etiam sicut in nullo sanctorū
corporaliter in ipsa habitare incipiat: **Q**uod
est virtus altissimi obūbrabit tibi: **Q**ui
potest capere capiat et forte propter hec
maxime dictū sit obūbrabit tibi quia res
nimirum in sacramēto erat et quod sola per
se trinitas in solo et cum sola virgine vo-
luit operari soli datū est nosse cui soli da-
tum est expediri. **H**ec nos quidē bre-
uiter introduximus cōtra hoc quod op-
ponunt de iohanne damasceno cui nos
dare determinatōm presūptuosū eēt: quod
quo sensu dixerit penitus ignoramus.
At si ille ieronimo et nostris cōtraria hic
dixit libet in hoc eodem poti⁹ adherere
non ei sed Ieronimo et nostris. **P**ro-
pōnit adhuc anselmo nostro quod in hoc ipso
libro dixerit: quod nulla ratio nlla veritas
nullus intellectus pmittit ad hoīem de
sola virgine cōceptū et de peccato masse
peccatricis aliud potuisse vel debuisse ac-
cedere: etiam si nō esset deus: quōuis de il-
la massa esset assūptus. **D**icūt em̄ cristū
nō potuisse nec voluisse peccare nō quia
filius virginis. **S**ed quia de⁹ fuit cristus.
Aūunt: nec voluit nec peccare potuit: er-
go deus fuit. **Q**uid ergo dicem⁹ de san-
ctis angelis qui ex gratia p̄firmationis
non volūt nec possūt peccare: vel si adā
ante quē peccasset aliquos qui ante ipsū
in iusticia confirmarētur genuisset de il-
lis quid dicem⁹? **U**tique si illi cū nec vel-
lēt nec possēt peccare: nō ideo deus vel
dei essent: sicut in xp̄o videndū: vtrū quod
peccare nō potuit nec voluit sola diuini-
tas ei⁹ homini vnita in causa fuerit. **N**ā
quod ipsa plurimū et maxie adinuenerit om-
ni p̄stat fideli. **S**ed aliud ē causā simpli-
citer esse. aliud cause supplemētū cōfer-
re. **D**icūt forte quia post peccatū ade nul-
la caro mortalis nō vnita deitati absque
peccato esse p̄ualuit: vel p̄ualere potuif-
se quocūque mō deus aliquē vel aliquaz
absque semie viri creasset dum mō de adā

esset. **S**ed cū hoc dicūt causā peccati
vt supra in semine ponūt quod vtiq; deus
sicut facit esse ex mare et femina sic facere
potest ex femina sola. **I**psi igit soluant quod
supra diximus et ex auctoritate et ex rati-
one et libēter audiemus. **Q**uod si nō po-
tuerint constabit nobis sicut constat ex
anselmi rōe irrefragabili quecūque gigni-
tur aliomō quā adā generauit quod nō te-
neatur preiuditio peccati originalis quod p̄
traducem ex adā descēdit licet ille deus
nō sit vt xp̄s fuit: et ita si voluerit nō pec-
care poterit: et non velle peccare cū pos-
se nō peccare valebit donec ei cōfirmās
gratia nō posse velle et nō posse peccare
superauxit. **C**onsentit nobis augusti-
nus in tercio contra Julianum: frustra
inquit putas ideo in paruulis nō eē de-
lictum quia sine voluntate que in eis n̄
la est esse non potest. **H**oc em̄ recte dicit
propter propriū cuiusque peccatum: non
propter primi parētis originale delictū
siue contagiū. **Q**uod si nullum esset p̄-
fectō nlli malo paruuli obstricti nihil ma-
li vel in corpore vel in anima sub tāta dei
potestate paterētur. **E**t hinc in hīs ver-
bis prudens lector hanc maximā incur-
rere. **A** quocūque remouetur pena pec-
cati ab eodem et peccatū remouet et non
cōuertitur. **A** quibus ergo paruulis re-
mouet in corpore et animo peccati penā
aug⁹ prius ab eis remoueri docet pec-
catum omne et cōtagium peccati. **I**lli er-
go nō essent nec deus nec dū et tamē pos-
sent si vellent non peccare et confirmati
non possent peccare. **R**ecte ergo et verif-
sime anselmus quia cum eo est veritas et
filius veritatis Augustinus.

ExPLICIT de cōceptu virginali et pec-
cato originali.

Incipit prohemium in prologion li-
brum Anselmi Abbatis Beccensis et
Archiepi Cantuarien.

Prosologion

Postquam opus
scilicet quoddam velud exem-
plum meditandi de ratione fi-
dei cogentibus me precibus
quorundam fratrum in persona alicuius ta-
cite secum rationando que nesciat iuesti-
gandis edidi consideras illud esse mul-
torum concatenatorum contertum argumeto-
rum cepi mecum querere si forte posset in-
ueniri vnus argumētum quod nullo alio
ad se probandum quod se solo indigeret et so-
lum ad astruendum quia deus vere est et
quia est summum bonum nullo alio indi-
gens et quo omnia indigent vt sint et be-
ne sint et quecumque credimus de diuina sub-
stantia sufficeret. Ad quod cum sepe stu-
diosius cogitationes puerterem atque aliqua
do mihi viderem iam capi posse quod quere-
bam aliquando mentis aciem oino fuger-
et tandem desperans volui cessare velut
ab inquisitione rei quam inueniri eēt impos-
sibile. Sed cum illam cogitationem ne mentem
meam frustra occupando ab alijs in qui-
bus proficere posset impediret penitus a
me vellem excludere tunc magis ac ma-
gis volenti et diffidenti se cepit cum impos-
sibilitate quadam ingerere. Quodam igitur
die cum vehementer eius importunitas
mi resistendo fatigarem in ipso cogitationum
conflictu sic se obtulit quod desperaueram
vt studiosius cogitationem amplecterer quam so-
licitus repellere. Estimans igitur quod
me gaudebam inuenisse si scriptum esset ali-
cui legenti placiturum. De hoc ipso et qui-
busdam alijs sub persona conantis erige-
re mentem suam ad contemplantum deum
et querentis intelligere quod credit sub-
ditum scripsi opusculum. Et quoniam nec
istud nec illud cuius supra meminimus dig-
num liber nomine aut cui auctoris pro-
neretur nomen iudicabam nec tamen si-
ne aliquo titulo quo aliquem in cuius ma-
nus venirent quodammodo ad se legendum
inuitaret dimittere putaabas vnicuique

dedit titulum vt prius exemplum meditandi
de ratione fidei et sequens fides querens
intellectum diceretur. Sed cum iam a plu-
ribus in hijs titulis vtriusque transumptum es-
set coegerunt me plures et maxime. Reue-
rendus archiepiscopus lugdunensis hugo noie
fugens in gallia legatione apostolica precepit
auctoritate vt nomen meum illis prescribere-
rem. Quod vt aptius fieret illud quidem
monologion id est soliloquium istud ve-
ro prosologion id est alloquium nominavi.

Explicit probemium.

Incipiunt capitula. Cap. I.

Excitatio mentis ad contemplandum deum.

Quod vere sit deus. Capitulū. II.

Quod non possit cogitari non esse. III.

Quomodo insipies dixit in corde suo quod
cogitari non potest. Capitulū. IIII.

Quod deus sit quicquid melius est esse quam
non esse et solus existens per se omnia alia fa-
cit de nihilo. Capitulū. V.

Quod sit sensibilis cum non sit corpus. VI.

Quod sit opus cum multa non possit. VII.

Quod sit misericors et impassibilis. VIII.

Quod iustus et summe iustus parcat ma-
lis et quod iuste misereatur malis. IX.

Quod iuste puniat et iuste peccat malis. X.

Quod vniuersae viae domini misericordia
et veritas et tamen iustus dominus in om-
nibus vijs suis. Capitulū. XI.

Quod deus sit ipsa vita qua viuunt et sic de
similibus. Capitulū. XII.

Quod solus sit in circumscriptione et eternus
cum alij spiritus sint in circumscriptione et eterni.

Quod et cur videtur et non videtur. XIII.

Quod maior sit quam cogitari possit. XIV.

Quod hec sit lux inaccessibilis quam inhabi-
tatio dei sit armonia. (tat. XVI.

Quod in deo sit armonia. (tat. XVI.

Quod odor: sapor: leuitas: pulchritudo suo in-
effabili modo. Capitulū. XVII.

Quod in deo nec in eternitate eius quod ipse est
et non sit in loco (mille sit pres. XVIII.

Quod non sit in loco (mille sit pres. XVIII.

Quod aut tepore sed omnia sint in illo. XIX.

Profologion

Quid sit ante et ultra omnia etiam eterna. **Capitulū .XX.**

An hoc sit seculū seculi siue secula seculorum. **Capitulū .XXI.**

Quid solus sit q̄ est et qui est. **XXII.**

Quid hoc bonum sit pariter pater et filius et spūssactus et hoc sit vnum necessarium q̄ est oē et totū et solū bonū. **XXIII.**

Comecratio quale et q̄tum sit hoc bonum. **Capitulū .XXIII.**

Que et quanta bona sint fruētibus eo. **Capitulū .XXV.**

An hoc sit gaudium q̄ promittit dominus. **Capitulū .XXVI.**

Incipit profologion liber Reuerēdi patris Anselmi abbatis beccēsii Archiepiscopi Cantuariēsis ordinis sancti bēdicti.

Eya nunc ho-

mīcio fuge paulū ū occupationes tuas a bscōde te modicū a tumultuosis cogitationib⁹ tuis. Abite nūc onerosas curas et p̄pone laboriosas disseciōnes tuas. Uica aliquātulū deo et requiesce aliquātulū in eo. Intra i cubiculū mētis tue exclude oia p̄ter deū et q̄ te viuēt ad querendum eum et clauso ostio quere eum. Dic nunc totū cor meū dic nunc deo. Quero vultū tuū. vultū tuū dño requiro. **E**ya nūc ergo tu domine deus meus doce cor meū vbi et q̄ mō te querat vbi et quomō te inueniat. Domine si nō es hic vbi te querā absentem. Si ergo vbiq̄ es cur nō video p̄sentē. Sed certe hitas lucē inaccessibilem. Et vbi est lux inaccessibile? aut q̄ mō accedant ad lucē inaccessibile? Aut quis me ducet aut inducet in illā vt videā te in illa? **D**einde quibus signis qua facie te querā. Nunquā te vidi dñe deus meus nō noui facie tuā. Quid faciet altissime dñe quid iste tuus longin-

qu⁹ exul? Quid faciet seru⁹ tu⁹ anxius amore tui. et longe pietus a facie tua? Anhelat videre te. et nimis abest illi facies tua. Accedere ad te desiderat. et inaccessibilis est habitatio tua. Inuenire te cupit et nescit locū tuū. Domin⁹ meus es et de⁹ me⁹ et nūq̄ te vidi. In me se disti et refecisti et oia mea bōa tu mihi contulisti et nō duz noui te. **D**eniq̄ ad te vidēdū factus suz et nō dum feci p̄pter quod factus sū. **M**isera fors hominis cū hoc perdidit qd̄ ad factus est. **D**urus et durus casus ille. Heu quid perdit et quid inuenit? quid abscessit? et quid remansit? **P**erdidit beatitudinē ad quam fact⁹ est et inuenit miseriam propter quā factus non est. **A**bscessit: sine quo miser⁹ est et reinansit quod per se nō nisi miserū est. **A**d inducabat tunc homo panem angelo. ū quem nūc esurit manducat nūc panē dolo: ūm quē tunc nesciebat: heu publicus luctus hominum: vniuersalis plactus filiorum ade. **I**lle ructabat saturitate: nos suspiramus esurie. **I**lle abūdabat nos medicamus. **I**lle feliciter tenebat et misere deseruit: nos infeliciter egem⁹: et miserabiliter desideramus et heu vacui remanemus. **C**ur non nob̄ custodiuit cū facile posset quōtam grauit̄ caremus? **Q**uare sic nob̄ obstrauit lucē et obduxit nos tenebris? **U**t quid abstulit nobis vitam et infliccit mortem? **E**rit nosi vnde sum⁹ expulsi quo sumus impulsi? **U**nde precipitati: quo obruti? **A** patria in exiliū a visione dei in cecitatem nostrā. **A** Jocunditate immortalitatis: in amaritudine et horrore mortis. **A** Misera mutatio de quāto bono in quātum malum. **G**raue dāpnū grauis dolor: graue torū. **S**ed heu me miserū vnum de alijs miseris filij eius: elogatis a deo: quid incepit? quid effecti? **Q**uo tendebas? quo venisti? **A**d qd̄ aspirabam in quibus suspiro? **Q**ue sui bona: et ecce turbatio. **T**endebas in

Profologion

deum: et offendi in me ipsum. **Requie** que-
rebam in in secreto meo tribulationes et
dolorem inveni in intimis meis. **Glo-**
lebam ridere a gaudio mentis mee et co-
gor rugire a gemitu cordis mei. **Spera-**
batur letitia et ecce vnde densetur suspi-
ria. **Et o tu domine** usquequo? **Usquequo**
domine obliuisceris nos usquequo auer-
tis faciem tuam a nobis? **Quando** respici-
es et exaudies nos? **quando** illuminabis
oculos nostros et ostendes nobis faciem
tuam? **Quando** restitues te nobis? **Respi-**
ce domine exaudi illumina nos ostende no-
bis te ipsum. **Restitue** te nobis ut bene sit
nobis sine quo tam mala est nobis. **Mi-**
serere labores et conat' nostros ad te quod
nihil valemus sine te. **Inuita** nos adiu-
ua nos. **Obsecro** domine ne desperem su-
spirando. **Sed** respice sperando. **Obsecro**
domine amaricatum est cor meum sua desolatio-
ne indulcora illud tua consolatio. **Obse-**
cro domine esurians incepti querere te ne
desina. **Ieiunus** de te. famelicus accessi
ne recedam impastus. **Paup** veni ad di-
uites miser ad misericordiam ne redeam vacu-
us et cotemptus. **Et** si antequam comedam suspi-
ro da mihi post suspiria quod comedam. **Do-**
mie incurua' non possim nisi deorsum aspi-
cere erige me ut possim sursum intendere.
Iniquitates mee supergressae sunt caput
meum: obuoluunt me et sicut onus graue gra-
uant me. **Euolue** me exoneram me ne vige-
geat puteus eorum os suum super me. liceat mihi
suspiciere lucem tuam vel de longe vel de
proximo. **Doce** me querere te et ostende te
querenti quia nec querere te possim nisi tu
doceas nec inuenirer nisi te ostendas. **Que-**
ram te desiderando: desiderem querendo.
inueniam amando: amem inueniendo. **Ma-**
teor domine et gratias ago quia creasti in
me hanc imaginem tuam ut tui memor te co-
gitem te amem. **Sed** sic est abolita attri-
tione viciorum sic est offuscata fumo pec-
catorum ut non possit facere ad quod facta
est nisi te renoues et reformes eam. **Non** te-

pto domine penetrare altitudinem tuam.
quia nullatenus comparo illi intellectum me-
um: sed desidero aliquatenus intelligen-
re veritatem tuam quam credit et amat cor me-
um. **Neque** enim quero intelligere ut cre-
dam sed credo ut intelligam. **Non** enim hoc cre-
do quia nisi credidit non intelligam.

Quod vere sit deus. **Cap. II.**

Quod domine qui das fidei intel-
lectum da mihi ut quantum scis expe-
dire intelligam quia es sicut credi-
mus et hoc es quod credimus. **Et** quidem cre-
dimus te esse aliquid quo nihil maius cogi-
tari possit. **An** ergo non est aliqua talis
natura quia dixit insipiens in corde suo
non est deus. **Sed** certe idem ipse insipi-
ens tum audit hoc ipsum quod dico aliquid
quo maius nihil cogitari potest intelligit
quod audit: et quod intelligit in intelle-
ctu eius est etiam si non intelligat illud esse
aliud est enim rem esse in intellectu. **Aliud**
intelligere rem esse. **Ham** cum pictor pre-
cogitat que facturum est: habet quidem in
intellectu sed nondum esse intelligit quod
nondum fecit. **Lum** vero iam pinxit et habet
in intellectu et intelligit esse quod iam fecit.
Conuincit ergo insipiens esse vel in intel-
lectu aliquid quo nihil maius cogitari po-
test quia hoc cum audit intelligit et quicquid
intelligit in intellectu est. **Et** certe id quo
maius cogitari nequit non potest esse in i-
tellectu solo. **Si** enim vel in solo intellectu
est potest cogitari esse in re quod maius est. **Si**
ergo id quod maius cogitari non potest in
tellectu id ipsum quo maius cogitari non potest
est certe hoc esse non potest. **Existit** ergo pro-
culdubio aliquid quo maius cogitari non
valet et in intellectu et in re.

Quod non possit cogitari non esse. **III.**

Quod vtiq; sic vere est ut nec co-
gitari possit non esse. **Haec** potest
cogitari esse aliquid quod non pos-
sit cogitari non esse: quod maius est: quam quod
non esse cogitari potest. **Quare** si id quod
maius nequit cogitari potest cogitari non

eē idipſū quo maius cogitari nequit nō est id quo maius cogitari nequit qđ conuenire non potest. Sic ergo vere est aliquid quo maius cogitari non potest vt nec cogitari possit nō eē. Et hoc estu domine deus noster. Si ergo vere es dñe deus meus vt nec cogitari possis nō esse et merito. Si em aliqua mēs posset cogitare aliquid melius te ascēderet creatura super creatorē: et iudicaret de creatore quod valde est absurdū. Et quidez quicqđ est aliud preter solū te potest cogitari nō esse. Solus igit verissime oim et ideo maxime oim habes esse: quia qđ quid aliud est: nō sit vere: et ideo miū habet esse. Cur itaq; dixit inspiēs in corde suo nō est deus: cū causa in promptu sit rationali menti te maxime oim esse? Cur nisi quia stultus et inspiens?

Quō inspiens dixit in corde suo qđ cogitari non potest. Capitulum. III.

Uerū quō dixit in cogitatu quod cogitare nō potuit: aut quō cogitare non potuit qđ dixit in corde: cū idē dicere sit in corde et cogitare. Qđ si vere: imo q; vere: et cogitauit q; dixit in corde: et nō dixit i corde: q; cogitare nō potuit: non vno tantummodo dicitur aliquid in corde vlt cogitat. Aliter em cogitatur res: cū vox eam significās cogitatur: aliter tamen id ipm quod res est intelliget. Illo itaq; modo potest cogitari de nō esse: isto vero minime. Nullus quippe intelligēs id quod deus est: potest cogitare: quia deus nō est: licet h̄ verba dicat in corde aut sine vlla aut cū aliqua extranea significatōe. Deus em est id quo maius cogitari nō potest. Qđ qui bene intelligit vtiq; intelligit idipſū sic esse vt nec cogitatōe q̄at nō esse. Qui ergo intelligit sic esse: deum nequit cum non esse cogitare. Gratias tibi bone domine: gratias tibi: quia quod prius credidi te donāte. Nam sic intelligo te illuminante: vt si te esse nolim credere: non

possim non intelligere.

Quod deus sit quicqđ melius est eē quā non esse et solus existēs per se oia alia facit de nihilo. Capitulum. V.

Quod igitur es dñe deus quo nihil maius valet cogitari. Sed qđ es: nisi qđ summū oim solū existens per seipm: oia alia fecit de nihilo. Quicqđ em hoc nō est: min⁹ quā cogitari possit. Sed hoc de te cogitari nō potest qđ ergo bonū deest sūmo bono: p qđ est oē bonuz? Tu es itaq; iustus: verax: beatus: et quicquid melius est esse quā non esse: melius namq; est esse iustum: quā non iustum beatū quā non beatū.

Quō sit sensibilis cū nō sit corp⁹. VI.

Uerū tum melius sit esse sensibilem omnipotētem misericordēz impassibilem: quā non esse: quō es sensibilis si non es corpus: aut omnipotēs si omnia nō potes: aut misericors simul et ipassibilis? Nam si sola corporea sunt sensibilia qm̄ sensus circa corpus: et in corpore sunt: quō es sensibilis cum non sis corpus: sed sumus spūs qui corpore melior est. Sed si sentire nō est nisi cognoscere aut nisi id ad cognoscēdum qui enim sentit cognoscit: scdm̄ sensuūz proprietatem vt per visum colores per gustum sapes: Non incōueniēter dicit aliqđm̄ sentire: qđquid aliomō cognoscit. Ergo dñe q̄uis non sis corpus: vere tamen eo modo summe sensibilis es quo sume omnia cognoscis: nō quo animal corporeo sensu cognoscit. Capitulum. VII.

Quō sit oēs cū multa non possit.

Sed et omnipotēs quō es si omnia nō potes? Aut si non potes corumpi: nec mentiri: nec facere verum esse falsum: vt quod factū est: nō esse factum et plura similiter: quō potes omnia? An hec posse: non est potētia h̄ impotētia. Nam qui hec potest: quod si bi non expedit: et quod non debet potest que quanto magis potest tanto magis

Profologion

aduersitas et peruersitas possunt in illuz
z ipse minus contra illas. **Q**ui ergo sit
potest: nō potētia potest sed impotētia
Non enim dicitur posse: quia ipse possit
Sed quia sua impotētia facit aliud i se
posse sine aliq genere loquēdi sicut mul
ta improprie dicuntur: vt cū ponimus eē
pro non esse: z facere pro eo quod est nō
facere aut pro nihil facere. Nam sepe di
cimus ei qui rem aliquam esse negat: sic
est quem admoduz dicis esse: aut magis
proprie videatur dici sic non est queit
admodum dicis nō esse. **I**te dicim⁹ iste
sedet sicut ille facit: aut iste quiescit sicut
ille facit. cū sedere sit quiddā non facere
et quiescere sit nihil facere. Sic itaqz cū
quis dicitur habere potētiā faciēdi aut
paciēdi quod sibi non expedit aut qd
non debet impotētia intelligit per potē
tiam: quia quo plus habet hāc potētiāz
eo aduersitas z peruersitas in illum sūt
potētior: es z ille cōtra eas impotētior.

Ergo dicitur: inde veri⁹ z oēs qz potes
nihil p ipotētiā: z nihil potes contra te.

Quō sit misericors et impassibil. VIII.

Sed et misericors simul z impas
sibilis quō es? **N**ā si es impassibilis
non cōpateris: si nō cōpa
teris: non est tibi miserū cor: ex compassi
one miseri quod est esse misericors dē. **A**t
si non es misericors vnde miseri est tā
ta consolatio? **Q**uō ergo es z nō es mi
sericors domie? nisi qz es misericors se
cū dū nos: z nō es secū dū te. **E**s quip
pe secū dū sensū nostrū: z nō es secū dū
tuū. **E**tem cū tu respicis nos miseros:
nos sentim⁹ misericordis effectū: tu nō
sentis affectū z misericors es. **I**git⁹ quia
miseros saluas z peccatorib⁹ tuis parci
et misericors nō es qz nulla miserie com
passione afficeris.

Quō totus iustus z sūme iustus par
cat malis z qd iuste misereat malis. IX.

Ueruz malis quomō parci si es
tor⁹ iust⁹ z sūme iust⁹? **Q**uō em

totus z sūme iustus facit aliquid nō ius
stum? **A**ut que iusticia est merēti merē
eternā dare vitā sempiternā? **U**nde er
go bone deus: bone bonis z malis: vnde
de tibi saluare malos si hoc nō est iustuz
et tu nō facis aliquid nō iustū? **A**n quia
bonitas tua est incōprehēnsibilis latet h
in luce inaccessiblei: quā inhabitas? **V**e
re in altissimo z secretissimo bōitatis tue
latet fons vnde manat fluui⁹ misericor
die tue. **N**ā cūz totus z sūme iustus sis
tamen idcirco etiaz malis benignus es:
quia totus sūme bonus est. **A**ur⁹ nāqz
bonus esses si nulli malo esses benign⁹.
Melior em est qui z bōis et malis bon⁹
est quā qui bonis tātum est bonus. **E**t
melior est qui malis z puniēdo z parcē
do est bonus: qm qui puniēdo tm̄ **I**deo
ergo misericors es: quia totus z summe
bonus es. **E**t cum forsitan videatur
cur bonis bona z malis mala: retribuas
Illud certe penitus est mirādum cur tu
totus z summe iustus: z nullo egēs mal
et reis tuis bona retribuas. **A**ltitudo
bonitatis tue de⁹ z videtur vnde sis mi
sericors et nō pervideretur. **L**ernitur vnde
de summe manat z nō pspicitur fons vnde
de nascitur. **N**am z de plenitudine bo
nitatis est: quia peccatorib⁹ tuis pius es
et in altitudine bonitatis latet: quia ra
tione hoc es. **E**tenim licet bonis bona z
malis mala: ex bonitate retribuas ratio
tamen iusticie hoc postulare videtur.
Cum vero malis bona tribuis et scitur
quia summe bonus hoc facere voluit et
mir⁹ est cur sūme iust⁹ h velle potuit? **M**
misericordia dei de q opulēta dulcedie
z dulci opulētia nobis pfluat. **O** immē
sitas bonitatis dei q affectu amanda es
pctōib⁹ **I**ustos em saluas iusticia comi
tante: istos vere liberas iusticia dāpnā
te. **I**llos meritis adiuuātibus: istos me
ritis repugnātibus. **I**llos bona que de
disti cognoscendo: istos mala que odisti
ignoscendo. **O** immēsa bonitas que sic

Liber Anselmi

omnem intellectum excedis: veniet super me misericordia illa: que de tanta opulenta tua procedit. **I**nfluat in me que pluit de te. **P**arce per clementiam ne vlciscaris per iustitiam. **N**am et si difficile sit intelligere quomodo misericordia tua non absit a tua iustitia: necessarius tamen est credere quia nequaquam aduersatur iustitie quod exundat ex bonitate que nulla est sine iustitia imo vere concordat iusticie. **N**onne si misericors es: quia es summe bonus: et summe bonus non es: nisi quia es summe iustus? vere idcirco es misericors quia summe iustus es. **A**diua me iuste et summe et misericors deus cuius lucez quero adiuua me ut intelligam quod dico. **V**ere ergo ideo misericors es quia iustus. **E**rgo ne misericordia tua nascitur ex iustitia tua? **E**rgo ne parcis malis ex iustitia? **S**i sic est domine: si sic est: doce me quomodo est? **A**n quia iustum est te sic esse bonum ut ne queas intelligi melior: et sic poterit operari ut non possis cogitari potentius? **Q**uid enim hoc iustius? **H**oc utique non fieret si esses bonus tantum retribuendo et non parcendo: et si faceres de non bonis tantum bonos: et non etiam de malis. **H**oc itaque quomodo iustum est ut parcas malis et ut fatias bonos de malis. **D**enique quod non iuste fit non debet fieri: et quod non debet fieri iniuste fit. **S**i ergo non iuste malis misereri non debes misereri. **E**t si non debes misereri iniuste misereri. **Q**uod si nefas est dicere fas est credere te iuste miserere malis.

Quomodo iuste puniat et iuste parcat malum. **X**
Et iustum est ut malos punias: quid namque iustius quam ut boni bona et mali mala recipiant. **Q**uomodo ergo et iustum est ut malos punias et iustum est ut malis parcas? **A**n alio modo iuste punis malos: et alio modo iniuste parcas malis. **C**ur enim punis malos: iustum est: quia illorum meritis conuenit: cur vero parcas malis: iustum est: non quia

illoz meritis: sed quia bonitati tue condecens est. **N**am parcendo malis ita iustus es secundum te et non secundum nos: sicut misericors es secundum nos et non secundum te: quoniam saluando nos quos iuste perderes sicut misericors es non quia tu sentias affectum sed quia nos sentimus effectum: ita iustus es non quia nobis reddas debitum: sed quia facis quod decet te summe bonum. **S**ic itaque sine repugnancia: iuste punis et iuste parcas.

Quomodo vniuersae viae domini misericordia et veritas: et tamen iustus dominus in omnibus vijs suis. **C**apitulum. XI.

Sed nunquid etiam non est iustum secundum te domine: ut malos punias. **I**ustum quippe est te sic esse iustum ut iustior nequeas cogitari. **Q**uod nequaquam esses si tantum bonis bona: et non malis mala redderes. **I**ustior enim est qui et bonis et malis quaeque bonis tantum merita retribuit. **I**ustum igitur est secundum te: iuste et benigne deus: et cum punis: et cum parcas. **V**ere igitur vniuersae viae domini misericordia et veritas: et tamen iustus dominus in omnibus vijs suis. **E**t utique sine repugnancia quia quos vis punire: non est iustum saluari et quibus vis parcere non est iustum dannari. **N**am id solum iustum est quod vis: et non iustum quod non vis. **S**ic ergo nascitur de iustitia tua misericordia tua quia iustum est te sic esse bonum ut et parcendo sis bonus: et hoc forsitan est cur summe iustus potest velle bona malis.

Sed si vtrumque capi potest cur malos potes velle saluare illud certe nulla ratione comprehendi potest: cur de similibus malis hoc magis salues quam illos per summam bonitatem et illos magis dannes quam istos per summam iustitiam. **S**ic ergo vere es sensibilis omnipotens misericors et impassibilis quemadmodum viuens sapiens bonus beatus eternus: et quicquid melius est esse quam non esse.

Prologion

Quod deus sit ipsa vita qua viuunt et sic de similibus.

¶ Capitulum. XII.

Quod certe quicquid es non per aliud es quam per te ipsum. Tu es igitur ipsa vita qua viuunt. et sapientia quam sapientia et bonitas ipsa qua bonis et malis bonus es et ita de similibus.

Quomodo solus sit incircumscriptus et eternus cum alij spiritus sint in circumscripti et eterni.

¶ Capitulum. XIII.

Quod omne quod claudit aliquatenus loco aut tempore minus est. quam quod nulla lex loci aut temporis cohercet.

¶ Quod si ergo maius te nihil est nullus locus aut tempus te cohibet. sed ubique et semper es. quod quod de te solo dici potest. tu solus incircumscriptus es et eternus. Quomodo igitur dicunt et alij spiritus incircumscripti et eterni? Et quidem solus es eternus quia solus omnium sicut non desinis sic non incipis esse. Sed solus quomodo es in circumscriptus? An creatus spiritus ad te collatus? circumscriptus. ad corpus christi incircumscriptus?

¶ Rempe omnino circumscriptum est quod cuius alicubi totus est non potest simul esse alibi quod de solis corporalis cernitur. ¶ Incircumscriptum christi quod simul est ubique totum quod de te solo intelligitur. Circumscriptum autem simul et incircumscriptum est quod cum alicubi sit totum potest simul esse totum alibi non tamen ubique quod de creatis spiritibus cognoscitur. Si enim non esset anima tota in singulis membris sui corporis. non sentiret tota in singulis. Tu ergo domine singulariter es incircumscriptus et eternus: et tamen et alij spiritus sunt incircumscripti et eterni.

¶ Quomodo et cur videtur et non videtur deus a querentibus eum. XIII.

An inuenisti anima mea quod querebas? Querebas deum: et inuenisti eum esse quiddam summum omnium: quod nihil melius cogitari potest: et hoc est vitam ipsam lucem sapientiam: bonitatem: eternam beatitudinem et beatam eternitatem: et hoc esse

ubique et semper. ¶ Nam si non inuenisti deum tuum quod est ille: hoc quod inuenisti: et quod illum tam certa veritate et vera certitudine intellexisti? Si christo inuenisti: quid est quod non sensisti quod inuenisti? Cur non te sentit dominus deus anima mea si inuenit te? An si inuenit quem inuenit esse lucem et veritatem? Quomodo namque intellexit hoc: nisi videndo lucem et veritatem. Aut potuit omnino aliquid intelligere de te nisi per lucem tuam et veritatem tuam. Si ergo vidit lucem et veritatem vidit te. Si non vidit te non vidit lucem nec veritatem. ¶ An et veritas et lux est quod vidit: et tamen non vidit te quia vidit te aliquatenus: et non vidit te sicuti es. ¶ Domine deus meus formator et reformator meus dic desiderasti anime mee quid aliud es quam quod vidit ut pure videat quod desiderat. Intendit se ut plus videat et nihil videt ultra hoc quod vidit nisi tenebras imo non vidit tenebras que nulle sunt in te: sed videt se non plus posse videre propter tenebras suas. ¶ Cur hoc domine: cur hoc? Tenebras oculis eius infirmitate sua aut reuerberatur fulgore tuo. ¶ Sed certe et tenebratur in se et reuerberatur a te. Utique et obscuratur sua breuitate et obruitur tua immensitate. Vere et contrahitur angustia sua et vincitur amplitudine tua. Quanta namque est lux illa de qua micat omne verum: quod rationali menti lucet? Quam ampla est illa veritas in qua est omne quod verum est et extra quam non nisi nihil et falsum est? Quam immensa est: que vno intuitu videt quecumque facta sunt et a quo et per quem et quod de nihilo facta sunt: quid puritatis quid simplicitatis quid certitudinis et splendoris ibi est. Lerte plusquam a creatura valeat intelligi.

¶ Quomodo maior sit quam cogitari possit. XV

Argo domine non solum es quo maius cogitari nequit: sed es quiddam maius quam cogitari possit. Quomodo namque valet cogitari esse aliquid

huiusmodi. Si tu nō es hoc ip̄m. pōt cogitari aliqd̄ maius te qđ fieri nequit.

¶ Hec sit lux inaccessibilis quā inhabitat.

¶ Capitulum. XVI.

¶ Vere dñe hec ē lux inaccessibilis in qua habitas. Vere em̄ nō est aliud qđ hanc penetret vt ibi te pvideat. Vere ideo hanc nō video quia nimia mihi est: z tñ quicqd̄ video p illaz video sicut infirm⁹ oculus qđ videt per lucē solis videt. quā in ipso sole nequit asp̄cere. Non pōt intellectus meus ad illā. Nimis fulget. nō capit illā. nec suffert oculus aīe mee diu intendere in illā. Reuerberat̄ fulgore vincit̄ amplitudie obruit̄ immensitate cōfundit̄ capacitatem

¶ Summa z inaccessibilis lux. o tota z beata veritas. qđ lōge es a me qui tam ppe tibi sum. Tremota es a conspectu meo qđ sic p̄s sū p̄spectui tuo. Ubique es tota p̄sens. z nō te video. In te moneor z in te sum z ad te nō possū accedere Intra me z circa me es et nō te sētio. XVII

¶ In deo sit armonia odor. sapor. lenitas. pulcritudo suo ineffabili modo.

¶ Obuc lates dñe animā meam in luce z beatitudine tua z idcirco versatur illa adhuc in tenebris z miseria sua. Circūspicit em̄ z nō vidit pulcritudinē tuā. Auscultat z nō audit armoniā tuā. Olfacit̄ z nō percipit odorem tuū. Gustat. z cognoscit saporē tuū. Palpat̄ z nō sentit lenitatē tuā. Habes em̄ hec dñe deus in te tuo ineffabili modo qui ea dedisti rebus a te creatis suo sensibili modo sed obriguerūt sed obstu puerunt. s̄ obstructi sunt sensus aīe mee vetusto languore peccati.

¶ In deo. nec in eternitate eius qđ ip̄e est nulle sint partes. **¶** Capi. XVIII

¶ Iterū ecce turbacio: ecce iterū obruiat meror et luctus querenti gaudiū z leticiā. Sperabat iam anima mea facietatē. z ecce iterū obruiat egestate. Affectabā iam comedere. z ec-

ce magis esurio. Conabar assurgere ad lucē dei z recidi in tenebras meas. Imō nō modo cecidi in eas. sed sentio me inuolutum in eis. Ante cecidi qđ cōciperet me mater mea. Certe in illis conceptus sum. z cū eaz obuolutione natus sum.

¶ Quid certe in illo oēs cecidimus: in quo oēs peccauimus. In illo oēs p̄didimus qui facile tenebat. z male sibi z nobis p̄didit. qđ cū volumus querere nescimus cū querimus nō inuenimus. cū inuenimus nō est qđ querimus. Adiuua me tu ppter bonitatē tuā dñe. Quesiui vultū tuum. vultū tuū requirā ne auertas faciem tuā a me. Releua me de me ad te.

¶ Abunda. sana. acue. illumina oculū mēt̄is mee vt intueat̄ te. Recolligat vires suas anima mea. z toto intellectu iterū intendat in te dñe. **¶** Quid es dñe quid es? quid te intelliget eor̄ meū? Certe vita es. sapiētia es. veritas es. bonitas es. beatitudo es. eternitas es. z omne verū bonū es. Abultra sunt hec: nō potest angustus intellectus meus totus vno siml̄ intuitu videre vt omnib⁹ simul delectet̄

¶ Quomodo ergo domie es omnia hec? An sunt partes tui aut potius vnū qđqz horum totum est qđ es? Nam quicquid est partibus iunctū nō est omnino vnū. sed quodāmodo plura. z diuersum a se ipso z vel actu intellectu dissolui potest que aliena sunt a te quo nihil melius cogitari potest. **¶** Nulle igit̄ partes ī te sūt dñe. nec es plura. s̄ sic es vnū quoddaz z idē tibi ip̄si. vt in nullo tibi ip̄si sis dissimilis. immo tu es ipsa vnitas nullo in intellectu diuisibilis. Ergo vita z sapientia z reliq̄ nō sunt partes tui. sed omnia sunt vnū z vnū quodqz hoz̄ est totū qđ es. et qđ sunt reliqua omnia. Quō nec tu habes partes nec tua eternitas que tu es. nusq̄ z nunq̄ est pars tua. aut eternitatis tue: sed vbiqz totus es et eternitas tua tota est semper.

¶ Nō sit in loco aut tempore sed om-

Profologion

nia sunt in illo.

Capitulū. XIX.

Sed si per eternitatem tuā fuisti: et es: et eris: et fuisse nō est futurū esse: et esse nō est fuisse vel futurū esse: quō eternitas tua tota ē semp? An de eternitate tua nihil p̄terit? ut iaz non sit nec aliquid futurū est: quasi nō dum sit? Nō ergo fuisti heri: aut eris cras. S; heri et hodie et cras es: imo nec heri: nec hodie: nec cras es. Sed simpliciter es extra omne tempus. Nā nihil aliud ē heri: et hodie et cras: quā in tpe: tu autē licet nihil sit sine te: non es tamen in loco aut tempore sed oīa sunt in te: nihil em̄ te cōtinet: sed tu continēs oīa.

Capitulū. XX.

Tu ergo imple et complecteris omnia: tu es ante et ultra oīa. Et quidem ante oīa es: quia anteq̄ fierent tu es. Ultra oīa vero quomō es? Qualiter em̄ es ultra ea que finē nō habebūt? An quia illa sine te nullatenus esse possūt? Tu autē nullo modo minus es: etiā si illa redeāt in nihilū. Sic em̄ quod animō es ultra illa. An etiā quia illa cogitari possūt habere finē tu vero nequaquā? Nā sic illa quidē habent finē quodamō: tu vero nullo mō? Et certe quō nullo mō habet finē: ultra illud est: quō aliquo mō finitur. An hoc quoq; mō transis oīa etiā eterna quia tua et illorū eternitas tota tibi p̄sens est: cū illa nondū habeant de sua eternitate quō venturū est: si cut iā non habent quod p̄teritū est? Sic quippe semp es ultra illa: cuz semp ibi sis p̄sens: seu cū illud semp sit tibi p̄sens ad quod illa nōdum peruenerūt.

Capitulū. XXI.

Hoc ergo hoc est seculū seculi siue secula seculorum. Sicut em̄ seculorū temporū cōtinet oīa tēpora: sic tua eternitas cōtinet etiā ip̄a seculi temporū. Quod seculū quidem est propter indiuisibilē unitatē: secula vero

propter interminabilē immēsitatem. Et quāuis ita sis magnus domie ut oīa sint te plena et sint in te: sic tamē es sine oīi spacio ut nec mediū nec dimidiū nec vlla pars sit in te.

Capitulū. XXII.

Tu solus sit quod est et qui ē. Solus ergo domie es quod es: et tu es qui es. Nā quod aliud ē in toto et aliud in partibus: et in quō aliqd est mutabile nō oīno ē quō est. Et quō incepit a nō esse: et p̄t cogitari nō eē et nisi p̄ aliud subsistat redit in nō esse: et quō habet fuisse: quod iam nō est: et futurum esse: quod non dum est id nō est p̄prie et absolute. Tu vero es quod es: quia quicquid aliquādo aut aliquo mō es: hoc totus et semper es. Et tu es qui p̄prie et simpliciter es: quia nec habes fuisse aut futurū esse: sed tantus p̄sens esse nec potes cogitari aliquādo nō esse. Sed vita es: et lux: et sapiētia et beatitudo: et eternitas et multa huiusmodi bona et tamen non es nisi vnū et summus bonū cū tibi omnino sufficiens: nullo indigens: quo omnia indigent ut sint: et ut bene sūt.

Capitulū. XXIII.

Hoc bonū sit pariter pater et filius et spūs sanctus et hoc sit vnum necessariū quō est oīe et totū et solū bonū. Hoc bonū est tu deus pater hoc est verbum tuum id est filius tuus. Etenim non potest aliud quō quod es aut aliquid maius vel minus te esse in verbo que teipsū dicis: quā verbū tuum sic est verum quomō tu verax. Et idcirco est ipsa veritas sicut tu non aliquid quō tu: et sic es tu simplex ut de te non possit nasci aliud: quā quod tu es. Hoc ipsum est amor vnus: et cōmunis tibi et filio tuo id ē s̄ctissimū: ab vtroq; procedens. Nā idem amor nō est impar tibi a filio tuo: quia tū amas te et illū: et ille te et seip̄s: quātus es tu et ille nec ē aliud a te et ab illo quod dispar nō est tibi: et illi nec de sūma simplicitate potest procedere aliud quā quod est de quo procedit.

Quod autem est singulis quisque hoc est tota trinitas simul pater et filius et spiritus sanctus quam singulis quisque non est aliud quam summe simplex unitas: et summe una simplicitas: que nec multiplicari: nec aliud et aliud esse potest. Porro unum est necessarium porro hoc est illud unum necessarium in quo omne bonum imo quod est et unum totum et solum bonum.

Coniectatio quale et quantum sit hoc bonum. **C**apitulū. XXIII.

Ecce nunc anima mea et ergo totum intellectum tuum et cogita quantum potes: quale et quantum sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt cogita intente quod delectabile sit illud bonum: quod continet iocunditatem omnium bonorum: et non quale in rebus creatis sumus experti: sed tanto differente: quanto differt creator a creatura. Si enim bona est vita creata quam bona est vita creatrix? Si iocunda est salus facta quam iocunda est salus que facit omnem salutem. Si amabilis est sapientia in cognitione rerum conditarum quam amabilis est sapientia que omnia condidit ex nihilo? Denique si multe et magne delectationes sunt in rebus delectabilibus qualis et quanta delectatio est in illo qui fecit ipsa delectabilia?

Que et quanta bona sunt fructibus? **C**o. XXV

Qui hoc bono fruetur quid illi erit et quid illi non erit? Certe quicquid volet erit et quod nolet non erit. Ibi quippe erunt bona corporis et anime qualia nec oculis vidit nec auris audiuit nec cor hominis cogitavit. Cur ergo per multa vagaris hominum querendo bona anime tue et corporis tui? Ama unum bonum in quo sunt omnia bona: et sufficit. Desidera simplex bonum quod est omnium bonum: et satis est. Quid enim amas caro mea: quod desideras anima mea? Ibi est: ibi est: quicquid amatis: quicquid desideratis. **S**i delectat pulchritudo: fulgebant iusti sicut sol. **S**i velocitas aut fortitudo aut libertas corporis cui nihil obistere possit: erunt similes angelis dei:

quia seminatur corpus animale: et surgit corpus spirituale potestate utique non natura. **S**i longe et salubris vita: ibi sana est eternitas et eterna sanitas: quia iusti impetuum vivunt: et salus iustorum a domino. **S**i facietas: faciunt cum apparuerit gloria dei. **S**i ebrietas: inebriantur ab veritate domus dei. **S**i melodia: ibi angelorum chori concinunt sine fine deo. **S**i quilibet non immunda: sed munda voluptas: torrente voluptatis tue potabit eos deus. **S**i sapientia: ipsa dei sapientia ostendet eis seipsum. **S**i amicitia: diliget deus optime quia seipsum et inuicem tamquam seipsum: et deus illos plusquam illi seipsum: quia illi illi et se et inuicem per illum: et ille se et illos per seipsum. **S**i concordia omnibus illis erit una voluntas: quia nulla illis erit nisi sola dei voluntas. **S**i potestas: omnipotentes erunt sue voluntatis ut deus sue. Nam si poterit deus quod volet per seipsum ita potuerunt illi quod volent per illum: quia sicut illi non aliud volent: quam quod ille ita ille volent quicquid ille volent: et quod ille volent non poterit non esse. **S**i honor et diuitie: deus seruos suos bonos et fideles super praemia multa constituet imo filii dei et dei vocabuntur et ubi erit filius eius ibi erit et ille: heredes quidem dei: coheredes autem christi. **S**i vera securitas certe ita certi erunt nunquam et nullatenus ista: vel potius istud bonum sibi defuturum: sicut certi erunt se non sua sponte: illud amissuros: nec dilectorem deum illud dilectoribus suis inuitis ablaturum nec aliquid deo potenter inuitos deum et illos seperaturum. **G**audium vero quale aut quantum est: ubi tale aut tantum bonum est. **C**or humanum cor indigens: cor expertum eternas: imo obrutum eternis quantum gauderes si his omnibus abundares? **I**nterroga intima tua si capere possint gaudium suum de tanta beatitudine sua. **S**ed certe si quis alius quem omnino sicut teipsum diligeres eandem beatitudinem haberet duplicare

Monologion

tur gaudium tuū: quia non minus gauderes pro eo quā p teipso. Si vero duo vel tres vel multo plures idipm haberent tantundem pro singulis quantū p teipso gauderes: si singulos sicut teipm amares. Ergo in illa perfecta caritate innumerabilium angeloz beatorum et hominum: vbi nullus minus diligit aliu quā seipm: non aliter gaudebit quisq; p singulis alijs quam pro seipso. Si ergo cor hominis de tanto suo bono vix capi et gaudium suuz quomō capax erit tot et tantorum gaudiorū? Et vtiq; quantum de bono eius gaudet sicut in illa perfecta felicitate vnusquisq; plus amabit sine comparatōe deum quā se et omnes alios secum ita plus gaudebit absq; estimatiōe de felicitate dei quā de sua et omnium aliorum secum. Sed si deum sic diligent toto corde: tota mente tota anima: vt tamen totum cor: tota mens tota anima non sufficiat dignitati dilectōis: profecto sic gaudebunt toto corde tota mente tota anima vt totum cor: tota mens: tota aīa nō sufficiat plenitudini gaudij.

¶ An hoc sit gaudium plenum quod promittit dominus. **¶** Capitulum. XXVI

Deus me: et dominus me. Spes mea et gaudium cordis mei dic anime mee si hoc est gaudium de quo nobis dicit per filium tuū petite et accipietis: vt gaudium vestrū sit plenum. Inueni namq; gaudium quoddam plenum et plusq; plenum. Pleno quippe corde plena mente: plena anima: pleno toto hoīe gaudio illo adhuc supra modum supererit gaudium. Non ergo totū illō gaudij intrabit ingaudētes: sed totū gaudentes intrabunt in gaudium.

¶ Dic domine dic seruo tuo: intus in corde suo si hoc est gaudium in quod intrabunt serui tui: qui intrabunt in gaudium domini sui. Sed gaudium illud certe quod gaudent electi tui: nec oculus vidit:

nec auris audiuit: nec cor hominis ascendit. Nōdum ergo dixi: aut cogitavi domine: quantum gaudebunt illi beati tui? Vtiq; tantum gaudebunt quantum amabunt: tantum amabunt quantum cognoscēt. Quantum te cognoscēt domine tūc et quantum te amabunt. Certe nec oculus vidit nec auris audiuit: nec in cor hominis ascendit in hac vita: quantum te cognoscēt. et amabunt in illa vita? Pro deus cognoscat te amē te: vt gaudeam de te. Et si non possū in hac vita ad plenum vel proficiā in dies vsq; dum veniat illud ad plenum: proficiat hic in me noticia tua et ibi fiat plena: crescat amor tuus: et ibi sit plenus: vt hic gaudium meum sit in spe magnum et ibi sit in re plenum. **¶** Domine per filium tuum iubesimo consulis petere et promittis accipere vt gaudium nostrū sit plenum. Peto domine quod consulis: per admirabile consiliariū nostrū accipiā quod promittis: per veritatem tuā vt gaudium meū plenum sit. Deus verax peto accipiam vt gaudium meū plenum sit. **¶** Meditef interim mēs mea: loquatur inde lingua mea. **¶** Amet illud cor meum: sermocinet os meum. **¶** Esuriat illud anima mea siti: et caro mea desideret tota substantia mea donec intrem in gaudium domini qui es trinus et vnus deus benedictus in secula Amen.

¶ Explicit prologion liber Reuerendi patris Anselmi Abbatis Beccensis et post Archiepi Cantuarien.

¶ Incipit prefatio beati Anselmi Episcopi cantuarien. In monologion.

Quidamfrēs
sepe me studioseque precati sunt vt quedā de illis que de meditanda diuinitatis essetia et quibusdā alijs hu